

tur. Quo minor autem est prioris generis auctorum numerus, q̄ti Lusatiam Diplomaticam sistere in animo habuerint, quorum praeter Generos. ROEDERVVM, HOFFMANNVM et Corporis Iuris Lusatici Collectores, neminem nouimus; tanto maior est eorum caterva, vt centum et quinquaginta amplius Scriptores complectantur, qui membra quasi et particulas protulerint, quibus collectis sciteque ordinatis Corpus posset ad egregiam pulchritudinem et conuenientiam formari. Neutrius nunc ordinis cum bibliothecam instruere libeat; quia et longum foret, et molestum locumque, mea quidem sententia, magis fortietur opportunum: hanc nobis modo concedi potestatem volumus, vt de eo, quem Rei Diplomaticae apud Lusatios in formam redigendae inter paucos principem et ducem existimamus, libere vereque disceramus.

§. VII.

Rederianum Opus Diplomaticum, et Auctoris Laudes.

Facile intellexerit, quisquis rerum patriarcharum non sit plane ignarus, digitum, vt dicunt, hoc nos elogio intendere ad Virum Generos. NICOLAVM SIGISMUNDVM a REDERN et PROBISHAYN, qui Anno 1724, quaternis, huius indicis librum edendum curauit: *Lusatia Superior Diplomatica*, das ist: Oberlausitzische Sammlung von verschiedenen dieses Markgrafthum betreffenden auserlesenen, auch zum Theil noch nie gedruckten Kayser und Königl. Böhmischen Diplomatibus, Privilegiien, und andern wichtigen Documenten von A. C. 1000 bis 1622. Nebst nöthigen Summarien und Register, dem Publico zum Besten an das Licht gegeben von Nicklas Sigismund von Redern und Probishayn. Hirschberg, gedruckt bey Dietrich Krahnen, 1724. Altera Pars, cuius colligendae Auctor Viris fide et memoria dignissimis a) traditur Io. CASPAR GEMEINHARD, Medicinae Doctor et apud Laubanenses olim Practicus, sic inscribitur: *Lusatia Superior Diplomatica continuata*, das ist: Fortsetzung Oberlausitzischer Sammlungen von verschiedenen dieses Markgrafthum betref-

B

bef

a) Oberlausitz. Beyträge Tom. IV. 6tes Stück, p. 95.